

VERS. 10. -- NEG AGES QUIPPAM CALLIDÉ, CO
modo quo v. 9 explicui.

Moral. Nota hic, quàm fusé et impensé Deus
Hebraeis pauperum curam et opem commendat.
Eandem commendat Daniel, 4, 27, Nabucho-
donosori, ut per eam peccata sua redimat.
Sic Christus pauperes ad convivia vocari præcepit,
Luce 15, 14, et bona illis collata sibi lar-
gita esse asserit, Matth. 23, v. 40, quòdque illi
recipientes sibi eleemosynam in aeterna
tabernacula, Luce 16, v. 9. Unde et pauperes
spiritu beatos esse pronuntiat, Matth. 5, 5. Imò
ipse pauper esse voluit; quare discipulo cuidam
dixit: *Vulpes foveas habent, et volucres colli ni-
dos; Filius autem hominis non habet ubi caput
suum reclinet.* Hinc et S. Petrus Christum imi-
tans dicebat claudo: *Argentum et aurum non
est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In no-
mine Jesu Christi Nazareni surge et ambula.* Et
S. Paulus de se alisque Apóstolis dicebat: *Usque
in hanc horam et esurimus, et silimus, et
nudi sumus,* 1 Corinth. 4, v. 11; et: *Scio et hu-
militari, scio et abundare: et satiare, et esurire;
et abundare, et penuriam pati,* Philip. 4, 12. Naz-
zianz. Orat. 16 de pauperum Amore: « Nullus,
inquit, cultus Deo perinde gratus est ut mi-
sericordia erga pauperes. Nam primò, Deus
vult quosdam esse pauperes, ut nos infirmi-
tatis nostræ submoneant. Secundò, pauperes
juvandi sunt, quia fratres nostri sunt, tum
nature, tum imaginis Dei in Christo renova-
tae, tum fidei, spei, dilectionis, et adoptionis
divine, tum vite beate respecta. Tertio, quia
ad Christum communem fratrem aspiramus.
Quartò, quia cum nihil sit stabile in presen-
ti, de opibus per pauperes in tuto collocandis
est cogitandum. Quintò, ob infinita hujus rei
commoda, quæ ad tria revocari possunt, sci-
licet, ex malis præservatio, salutis certitudo,
premierum maxima fiducia. Sextò, quia Deus,
qui innumera nobis contulit beneficia, jubet
et pauca fratribus largiamur. Septimò, nihil
tam Deo proprium, quàm misericordia et be-
nevolentia; ille autem nobis imitandus est.
Octavò, pauperes sub speciali curâ et provi-
dentia Dei latent, teste Scripturâ. Nonò, quia
in die iudicii electi ob eleemosynas factas
in caelo, reprobi ob eas neglectas inferno adju-
dicantur. » S. Augustinus, si quando Eccle-
siae pecunia deficeret, hoc populo annuntiabat,
non habere se quod in pauperes erogaret; nam
et vasa dominica ob captivos et alios egenes
frangi jussit, et in eos dispensari, inquit Possi-
don. in ejus Vita c. 21.

Placilla, Theodosii imper. uxor, suâ manu
fovebat pauperes et infirmos; cumque nonnulli
eam ab iis avocare vellent, respondit: « Au-
rum distribuere deest imperatorem: ego au-
tem pro ipso imperio, ei qui idipsum dedit,
operam hanc offerre debeo; » testis est
Theodor. lib. 5 Histor. c. 18. Acacius, Amide
episcopus, ut pauperes Persas ad septem millia
captivos redimeret, vasa sacra vendidit, dicens
suis clericis: « Deus noster neque laucibus,
neque peculis eget; quare convenit hæc in
ejus milites afflictos disperiri, » testis est
Socrat. 1. 7, c. 21. Theophilus quoque: « Præ-
stat, inquit, agrotorum corpora, quæ ve-
ritus Dei templa sunt, restaurare, quam templa
« lapidea ædificare. » Ita Sozom. lib. 8,
c. 12.

VERS. 12. -- IN SEPTIMO ANNO DIMITTES TER-
RUM LIBERUM, computando scilicet annum septimum
non à venditione servi, sed ab anno remis-
sionis, qui status erat et communis omnibus.

VERS. 17. -- SERVET TIBI ESQUE IN ÆTERNUM,
id est, usque ad jubileum, post quod aliud et
novum quasi seculum sequebatur. Patet ex di-
ctis Exodi 21, 6.

ANCILLE SIMILITER FACIES, scilicet dando ei
viaticum, non autem perforando ei aurem, in-
quit Abulens; nec enim habebatur ancilla he-
braea, ut serva, sed puber effecta, debebat aut
duci in conjugem ab hero, vel ab heri filio, aut
libera dimitti; quod si nollet, sed mallet man-
nere in domo heri serva, perforabatur ei au-
ris, ait Cajetanus, sequè ut servo. Vide dicta
Exodi 21, 7.

Symbolicè, servus et ancilla sunt ira et cupi-
ditas; hæc totâ annorum hebdomadæ, id est,
totâ vitâ, serviant et subigantur rationi ne-
cesse est, usque ad sabbatum, sive septimum
annum beate impatibilitatis; tum enim ira
dimittitur quasi libera, quando transmitti-
bitur in fervorem spirituales, et cupiditas
convertitur in divinum amorem et voluptatem;
ita Cyrill. in Collectaneis ex Deuteronomio.

VERS. 18. -- NON AVERTAS AB EIS OCCULOS TUOS,
QUANDO DIMISERIS EOS LIBEROS. Heb., Chald. et
Septuag. : *Non graveris in oculis tuis, cum di-
mites eum, id est, non erit tibi molestum di-
mittere servum, sumque juvare viatico.*

Allegor. Cyrill. lib. 7 de Adorat. pag. 157:
Ante Christum, inquit, spiritu servitutus Israel
constringebatur, legi punientis subjectus; at
postquam anno septimo emmissionis, scilicet
tempore gratiæ, illuxit Emmanuel, libertate et
adoptione filiorum donati sumus, dato viatico,

videlicet corpore et sanguine Domini, in Eu-
charistia.

QUONIAM JUXTA MERCEDEM MERCENARII, PER SEX
ANNOS SERVIVIT TIBI. Chald. Vatabl. et alii re-
centiores vertunt: *Quoniam duplici mercede
mercenarii servit tibi sex annis.* Quod Hebraei
exponunt, duplam dici servi mercedem, qui
sex annos servus fuit; quia mercenarii apud
Hebraeos ad tres tantum annos operas suas lo-
cabant; servus verò hic sex annos serviebat;
ergo in duplam serviebat, et merebatur. Ye-
rimum Septuag. pro duplici mercede, vertunt
tripli mercede, id est, *annuum mercedem*, ut hebraicum
missæ, derivetur, non à *sceni*, id est, secundus,
sed à *schana*, id est, annus, q. d.: Per sex an-
nos, annuâ mercede tibi servit; quod noster
apud pleno sensu vertit: *Juxta mercedem mer-
cenarii, per sex annos servit tibi.* Sensus ergo
est hic, servus per sex annos ut mercenarius
tibi servit, cui mercedem annuam quotannis
persolvere debuisset, ipse verò nullam recipit
per sex annos; æquum ergo est, ut ejus loco,
anno septimo eum manumittas, cum aliquâ an-
nonâ ad viaticum.

VERS. 19. -- NON OPERABERIS IN PRIMOGENITO
BOVIS, quia hic primogenitus Deo debetur; et
iniqum est, ut ex animali Dei, ejusque pri-
mitiis, tibi vel primas operas, vel lanam præ-
ceperas.

ET NON TONDERIS PRIMOGENITA OVINUM, sed cum
lanâ suâ offeras ea ad sacerdotem, ut tam la-
nam, quàm ovem des Deo, id est, sacerdoti
vice Dei.

Tropol. S. Gregor. 8 Moral. 54: « Moses,
inquit, hic vitam inchoantium humanis oc-
cupationibus exerceri prohibuit; in primo-
genito quippe bovis operari, est bonæ con-
versationis primordia in exercitio publicæ
actionis ostendere; ovium quippe primoge-
nita tondere, est ab occultationis suæ te-
nigine humanis oculis inchoantia bona opera
nostra denudare. Cum ergo vita nostra sim-
plex quid atque innocuum inchoat, dignum
est, ut secreti sui velamina non relinquat, ne
nudum hoc humanis oculis quasi subducto
« vellere ostendat. »

VERS. 20. -- IN CONSPECTU DOMINI DEI TUI CO-
MEDES EA. *Comedes*, id est, scilicet, ó sacerdos; est
enim hic mutatio personæ; convertit enim
Moses sermonem ab offerentibus ad sacerdotes,

CAPUT XVI.

1. Observa mensem novarum frugum, et
veni primum temporis, ut facias phase Do-

quorum erat comedere primogenita; nam ad
hos solos illa spectabant, ut clarè patet Num.
18, 17. Ita Abulensis. Porrò jubet ea hic Deus
comedi in loco sancto, puta in atrio templi,
quia jusserat eadem sibi offerri in templo suo
eorum sanguine, et adipe cremato, ut fue-
rat in hostiâ pacificâ, ut patet Num. 18, 17:
*Quia sanctificata, inquit, sunt Domino, sangui-
nem tantum eorum fundes super altare, et adipem
adoles in suavissimum odorem Domino.* Post
immolationem autem hostiæ pacificæ, carnes
ejusdem ab offerentibus eodem loco, puta in
atrio templi, comedi debebant; omnis enim
victima, quia Deo sanctificata, in loco sancto
comedi debebat, ut patet Levit. 6, 16, et c.
7, 6. Idipsum significat hæc lex et pharasi:
Epulaberis coram Domino, id est, in atrio tem-
pli, scilicet ex hostiis pacificis cæterisque obla-
tionibus. Unde ea identidem repetitur Deut.
12, v. 12 et 18, et 14, 26, et c. 16, v. 11 et
14, et c. 27, 7, ubi dicitur: *Immolabis hostias
pacificas, comedesque ibi et epulaberis coram
Domino Deo tuo.* Igitur ob similitudinem primo-
genitorum cum hostiâ pacificâ, simili modo
jubet hic Deus, ut sacerdotes, quibus jure di-
vino cedebant primogenita, eadem offerant
Deo in templo, ac post oblationem eadem ibi-
dem comederent, ut hæc comestio esset con-
summatio et complementum oblationis simili
sacrificio pacifico. Sancti ergo Deus, ea quasi
sancta, à sanctis sacerdotibus comedi in loco
sancto, præsertim quia sacerdotes habitabant
juxta templum, utpote percipere ejus custodes
et ministri; Levite verò per omnes Judææ
urbes ad populum docendum dispersi erant.
Ex dictis patet, non rectè Cajetanum primo-
genitum accipere improprie pro primitiis
et carnis Deo separatis ad epulum sacrum.

Mysticè vide Rabanum, qui totus hic, sequè
ac per reliquam S. Scripturam mysticus et
moralis est. Unde ex ipso magnâ ex parte con-
flata est Glossa ordinaria.

VERS. 21 et 22. -- SIN AUTEM HABUERIT MAC-
LAM, VEL CLAUDUM FUERIT, etc., NON IMMOLA-
BITUR, etc., SED INTRA PORTAS URBIS ES ET COMEDES
ILLUD. Si animal primogenitum esset claudum,
cæcum, mancum, immolari non poterat, sed
pretio sacerdotibus dato redimendum erat; tum
à hâc quolibet loco comedi poterat. Ita Abul-
lensis.

CHAPITRE XVI.

1. Observez le mois des grains nouveaux, qui
est au commencement du printemps, en celé-
brant la pâque en l'honneur du Seigneur votre

min Deo tuo; quoniam in isto mense eduxit Dominus Deus tuus de Ægypto nocte.

2. Immolabisque phase Domino Deo tuo de ovibus, et de bobus, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus tibi.

3. Non comedes in eo panem fermentatum : septem diebus comedes absque fermento, afflicti panem quoniam in pavore egressus es de Ægypto, ut memineris diei egressionis tue de Ægypto, omnibus diebus vite tue.

4. Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, et non remanebit de cernibus ejus quod immolatum est vespere in die primo usque mane.

5. Non poteris immolare phase in quolibet urinarum, quas Dominus Deus tuus datus est tibi;

6. Sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus tibi : immolabis phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto.

7. Et coques, et comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus : manège consurgens vides in tabernacula tua.

8. Sex diebus comedes azyma; et in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non habes opus.

9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab eâ die quâ falcem in segetem miseris;

10. Et celebrabis diem festum hebdomadam Domino Deo tuo, oblationem spontaneam mannis tue, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui;

11. Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu, filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, et Levites qui est intra portas tuas, advena ac pupillus, et vidua, qui morantur vobiscum; in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus tibi;

12. Et recordaberis quoniam servus fueris in Ægypto; custodisque ac facies que præcepta sunt.

13. Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de arca et torculari fruges tuas;

14. Et epulaberis in festivitate tuâ, tu, filius tuus et filia, servus tuus et ancilla, Levites quoque et advena, pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt.

Dieu; parce que c'est le mois où le Seigneur votre Dieu vous a fait sortir de l'Égypte pendant la nuit.

2. Vous immolerez la pâque au Seigneur votre Dieu, et vous célébrerez cette fête durant sept jours, en lui sacrifiant des brebis et des bœufs, dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi, pour y établir la gloire de son nom.

3. Vous ne mangerez point pendant cette fête de pain avec du levain; mais pendant sept jours vous mangerez du pain sans levain, qui, étant moins agréable au goût, sera, pour vous un pain d'affliction, parce que vous êtes sortis de l'Égypte en grande hâte, et dans une grande frayeur; ainsi vous mangerez de ce pain fait à la hâte, afin que vous vous souveniez du jour de votre sortie d'Égypte tous les jours de votre vie.

4. Il ne paraîtra point de levain dans toute l'étendue de votre pays pendant les sept jours de cette solennité; et il ne demeurera rien de la chair de l'hostie qui aura été immolée au soir du premier jour jusqu'au matin.

5. Vous ne pourrez pas immoler la pâque indifféremment dans toutes les villes que le Seigneur votre Dieu vous doit donner;

6. Mais seulement dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir son nom; et vous immolerez la pâque le soir, au soleil couchant, qui est le temps que vous êtes sortis de l'Égypte.

7. Vous ferez cuire l'hostie et vous la mangerez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi; et vous levant le matin, vous retourneriez dans vos maisons si vous le voulez.

8. Mais vous mangerez des pains sans levain pendant six jours; et le septième jour vous ne ferez point d'œuvre servile, parce que ce sera le jour de l'assemblée solennelle, instituée en l'honneur du Seigneur votre Dieu.

9. Vous compterez sept semaines depuis le jour que vous aurez mis la faucille dans les grains, qui sera le lendemain de Pâque;

10. Et vous célébrerez la fête des semaines en l'honneur du Seigneur votre Dieu, en lui présentant l'oblation volontaire du travail de vos mains, que vous lui offrirez, selon que le Seigneur, votre Dieu y aura donné sa bénédiction;

11. Et vous ferez devant le Seigneur votre Dieu des festins de réjouissance, vous, votre fils et votre fille, votre serviteur et votre servante, le Lévite qui est dans l'enceinte de vos murailles, l'étranger, l'orphelin et la veuve qui demeurent avec vous, dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir son nom.

12. Vous vous souviendrez que vous avez été vous-mêmes esclaves en Égypte, et vous aurez soin d'observer et de faire ce qui a été commandé.

13. Vous célébrerez aussi la fête solennelle des tabernacles pendant sept jours, lorsque vous aurez recueilli de l'aire et du pressoir les fruits de vos champs;

14. Et vous ferez des festins de réjouissance en cette fête, vous, votre fils et votre fille, votre serviteur et votre servante, avec le Lévite, l'étranger, l'orphelin et la veuve, qui sont dans vos villes.

15. Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis, in loco quem elegerit Dominus : benedicteque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, et omni opere manuum tuarum, grisque in lactiflâ.

16. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit; in solemnitate azymorum; in solemnitate hebdomadarum, et in solemnitate tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus;

17. Sed offeret unusquisque secundum quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei sui, quem dederit ei.

18. Judices et magistrus constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas : ut iudicent populum justo judicio,

19. Nec in alteram partem declinent. Non accipies personam, nec munera : quia munera excecant oculos sapientum, et mutant verba iustorum.

20. Justè quod justum est persequeris : ut vivas et possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi.

21. Non plantabis lucum, et omnem arborem juxta altare Domini Dei tui.

22. Nec facies tibi, neque constitues statuam; que odit Dominus Deus tuus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — OBSERVA MENSEM NOVARUM FRUGUM, puta nisan, sive martium, quo in terrâ promissionis incipiunt spicae hordeaceæ flavescere; illæ enim offerbantur in paschate, scilicet, secundo die azymorum, ut patet Levit. 2, 14, et Levit. 23, 10.

VERS. 2. — IMOLABISQUE PHASE DOMINO, etc., DE OVIBUS ET DE BOBIS. Phase, id est, victimas paschales, que in solemnitate paschali de ovibus et bobus offerri jubentur. Num. 27, 19; nam agnus paschalis non poterat commutari in bovem.

Perperam ergo Hebræi aliqui phase hic accipiunt pro agno paschali, putantque potuisse pro agno substitui vitulum, adduntque rationem, quia in amplis familiis agnus non sufficisset singulis. Verùm respondeo : Agnus non erat ad satiantium singulos, sed ut ex eo singuli aliquam partem comederent, in memoriam liberationis ex Ægypto; præter agnum autem alios comedebant cibos, quibus se satiabant. Ita S. Aug. hic q. 24. Vide dieta Exodi 12, v. 5 et 11.

15. Vous célébrerez cette fête pendant sept jours en l'honneur du Seigneur votre Dieu, dans le lieu que le Seigneur aura choisi : et le Seigneur votre Dieu vous bénira dans tous les fruits de vos champs, et dans tout le travail de vos mains, et vous serez dans la joie.

16. Tous vos enfants mâles paraîtront trois fois dans l'année devant le Seigneur votre Dieu, dans le lieu qu'il a choisi; à la fête solennelle des pains sans levain, à la fête solennelle des semaines, et à la fête solennelle des tabernacles. Ils ne paraîtront point les mains vides devant le Seigneur.

17. Mais chacun offrira à proportion de ce qu'il aura, selon que le Seigneur son Dieu y aura donné sa bénédiction.

18. Vous établirez des juges et des magistrats à toutes les portes des villes que le Seigneur votre Dieu vous aura données, en chacune de vos tribus, afin qu'ils jugent le peuple selon la justice.

19. Sans se détourner ni d'un côté ni d'autre. Voici les règles que vous leur prescrirez : Vous n'aurez point d'égard à la qualité des personnes, et vous ne recevrez point de présents, parce que les présents aveuglent les yeux des sages et corrompent les sentiments des justes :

20. Vous vous attacherez à ce qui est juste, dans la vue de la justice, afin que vous viviez, et que vous possédiez la terre que le Seigneur votre Dieu vous aura donnée :

21. Vous ne planterez ni de grands bois, ni aucun arbre auprès de l'autel du Seigneur votre Dieu :

22. Vous ne vous ferez, et vous ne dresserez point de statue, parce que le Seigneur votre Dieu hait toutes ces choses.

UT HABITET NOMEN EJUS TIBI, ut illic colatur Deus, et invocetur nomine suo.

VERS. 5. — NON COMEDES IN EO (cum eo, scilicet phase) PANEM FERMENTATUM. Totis enim septem diebus paschalibus comedebant panes azymos cum agno, et aliis sacrificiis et cibis, etiam communibus.

COMEDES AFFLICTIOMIS PANEM. Heb. : Comedes azyma afflictionis panem, id est, itemque et monumentum afflictionis ægyptiaca, itemque festinationis et pavoris tui in egressu ex Ægypto, ut sequitur. Secundo, panem afflictionis, id est, affligentem; quia azymus panis gustui insipidus, et stomacho onerosus est. Cajet. verit, panem paupertatis, et ita verit potest; pauper enim est, carere commoditate fermentandi panem, et uti pane subcinericio, qui azymus est, statimque fit et coquitur.

QUONIAM IN PAVORE (Chald. et Septuag. in festinatione) EGRESSUS ES DE ÆGYPTO, q. d. : Quia cum tantâ trepidatione et festinatione egressus es de Ægypto, ut non habueris otium fermentandi.

tandi panem; ad hujus rei memoriam comedes azyma in paschate.

VERS. 6. — IMMOLABIS PHASE (proprie dictum, puta agnum paschalem) VESPERE, QUANDO EGRESSI ESTIS, quando vos comparatis ad egressum; et enim *egressi*, significat actum inchoatum. Vide dicta Exodi 12, 42. Posset secundo, et quando referri ad festum pasche; nam hebræ est, *stato tempore* (videlicet pasche) *quando egressi estis*. Ita Vatabl.

VERS. 7. — VADES IN TABERNACULA TEA, ad domos tuas, ad habitationem tuam.

VERS. 8. — SEX DIEBUS COMEDES AZYMA. Hinc aliqui Judæi putarunt, ex lege Dei tantum sex diebus precepta fuisse azyma; verum septem diebus ad præcipi, patet hic v. 4, et Exodi 12, v. 19. Dico ergo, sensus est, q. d. : Sex diebus comedes azyma, sed non vacabis ab opere; septimam vero die, præter azyma, etiam vacabis ab opere, quia est festum coctus. Ita Lyran.

QUA COLLECTA EST, quia festum est cretus quo scilicet populus in templo, gratis Deo acturus, antequam domum redeat, colligitur, et adunatur. Vide dicta Levit. 25, 36.

VERS. 18. — JUDICES ET MAGISTROS CONSTITUES IN OMNIBUS PORTIS TUIS. *Magistros*, id est, prefectos, puta viros sapientes, qui quasi magistri et magistratus, præsent juri dicendo, ut sequitur: idem ergo sunt judices et magistri, quia judices debent esse magistri. Ita Hebr. Chald. et Vatabl. Hinc Plato censuit felices fore republicas, si philosophi eas regerent, aut qui eas regunt, philosopharentur.

Nota, in portis, id est, in civitatibus; est synecdoche, uti et c. seq. v. 2. Ita Septuag. et

CAPUT XVII.

1. Non immolabis Domino Deo ovo item et bovem, in quo est macula, aut quippiam vitii, quia abominatio est Domino Deo tuo.

2. Cum reperit fuerit apud te, intra unam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, et transgrediantur pactum illius,

3. Ut vadant et servant diis alienis, et adorent eos, solem et lunam, et omnem militiam cæli, quæ non præcepti;

4. Et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter, et verum esse repereris, et abominatio facta est in Israel;

5. Educas virum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas civitatis tuæ, et lapidibus obruentur.

Chald. Nominat portas, quia judicia in portis urbium agi solebant, ut liberius eò quasi ad locum patentem et publicum, exteri causam suam acturi accederent.

VERS. 19. — NON ACCIPIES PERSONAM, NEC MUNERA: QUIA MUNERA EXCECANT OCULOS SAPIENTUM, ET MUTANT VERBA JUSTORUM. Audiant hoc consiliarii et judices. Munerum enim hæc duo sunt mala, primò, ut mentem excecet; secundo, ut linguam et sententiam pronuntiant immutent; nam primò, inclinant affectum; secundo, affectus inclinat et obauclat rationem et judicium; tertio, ratio inclinat sententiam in favorem ejus qui munera dedit. Vide dicta Exodi 25, 8.

VERS. 20. — NON PLANTABIS LUCUM, ET OMNEM ARBOREM JUNTA ALTARE, ne videaris imitari sacros lucos gentium et idolorum, præsertim Priapi; sacra enim Priapi fiebant in lucis, ut obscenitates ejus iis tegerentur; nude in hisce lucis omnem turpitudinem exercebant. Nota, omnem, id est, quamlibet; ita enim collectivum *omnis* apud Hebræos sæpe capitur pro distributivo *quilibet*.

Tropol. S. Greg. Præfat. in Job epist. ad Leandrum in fine: « Quæso, ait, ut hujus operis dicta percurrens, in his verborum folia non requiras: quia per sacra eloquia ac eorum tractatoribus infunctuosa loquacitas levitas studiosè compositur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur. » Sic et Philo.

VERS. 21. — NEC FACIES TIBI, NEQUE CONSTITUES STATUAM, scilicet, qualem gentiles suis diis, vel idolis constitunt.

CHAPITRE XVII.

1. Vous n'immolerez point au Seigneur votre Dieu une brebis, ni un boeuf qui ait quelque tache ou quelque défaut, parce que c'est une abomination devant le Seigneur votre Dieu.

2. Lorsque l'on aura trouvé parmi vous dans une des villes que le Seigneur votre Dieu vous doit donner, un homme ou une femme qui commettent le mal devant le Seigneur votre Dieu, et qui violent son alliance,

3. En servant les dieux étrangers et les adorent, savoir, le soleil et la lune et toutes les étoiles du ciel, contre le commandement que je vous ai fait,

4. Et que l'on vous en aura fait rapport; si, après l'avoir appris, vous vous en êtes informés très-exactement, et que vous avez reconnu que la chose est véritable, et que cette abomination a été commise dans Israël,

5. Vous amènerez à la porte de votre ville l'homme ou la femme qui auront fait une chose si detestable, et ils seront lapidés.

6. In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, uno contra se dicente testimonium.

7. Manus testium prima interficiet eum, et manus reliqui populi extrema mittetur; ut auferas malum de medio tui.

8. Si difficile et ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et lepram: et judicium intra portas tuas videris verba variari: surge, et ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus.

9. Veniesque ad sacerdotes levitici generis, et ad judicem qui fuerit illo tempore; quæresque ab eis, qui indicabit tibi judicii veritatem.

10. Et facies quodcumque dixerit qui præsumt loco quem elegerit Dominus, et docuerint te.

11. Juxta legem ejus, sequerisque sententiam eorum: nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram.

12. Qui autem superbitur, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, et decreto judicis, morietur homo ille, et auferas malum de Israel;

13. Cunctisque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

14. Cum ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, et possederis eam, habitaverisque in illa, et dixeris: Constituum super me regem, sicut habent omnes per circumstantes nationes,

15. Eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus.

16. Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reduct populum in Ægyptum, equitibus numero sublevatus, præsertim cum Dominus præceperit vobis, ut nequaquam amplius per eandem viam revertamini.

17. Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus, neque argenti et auri immensa pondera.

18. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus levitice tribus,

19. Et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue; ut discat timere Dominum

6. Celui qui sera puni de mort sera condamné sur la déposition de deux ou trois témoins; et nul ne mourra sur le témoignage d'un seul.

7. Les témoins lui jetteront les premiers la pierre de leur propre main; et ensuite tout le reste du peuple le lapidera, afin que vous ôtiez le mal du milieu de vous.

8. Lorsqu'il se trouvera une affaire embrouillée, et où il soit difficile de juger et de discerner entre le sang et le sang, entre une cause et une cause, entre la lèpre et la lèpre, si vous voyez que dans les assemblées qui se tiennent à vos portes, les avis des juges soient partagés, allez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi:

9. Et adressez-vous aux prêtres de la race de Lévi, et à celui d'entre eux qui, en qualité de grand-prêtre, aura été établi en ce temps-là le juge du peuple. Vous les consulerez; et ils vous découvriront la vérité du jugement que vous en devez porter.

10. Vous ferez tout ce qu'auront dit ceux qui président au lieu que le Seigneur aura choisi; et tout ce qu'ils vous auront enseigné,

11. Selon la loi; et vous suivrez leurs avis sans vous détourner ni à droite ni à gauche.

12. Mais celui qui, s'enflant d'orgueil, ne voudra point obéir au commandement du Seigneur votre Dieu, ni à l'arrêt du juge, qui l'aura condamné, il sera puni de mort; et vous ôterez le mal du milieu d'Israël,

13. Afin que tout le peuple, entendant ce jugement, soit saisi de crainte, et qu'à l'avenir nul ne s'enfle d'orgueil.

14. Quand vous serez entrés dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous doit donner, que vous en serez en possession, et que vous y demeurez, si vous venez à dire: Je choisirai un roi pour me commander, comme en out toutes les nations qui nous environnent;

15. Vous établirez celui que le Seigneur votre Dieu aura choisi du nombre de vos frères. Vous ne pourrez prendre pour roi un homme d'une autre nation, et qui ne soit point votre frère.

16. Et lorsqu'il sera établi roi, il n'aura point un grand nombre de chevaux, et il ne ramènera point le peuple en Égypte, s'appuyant sur le grand nombre de sa cavalerie, principalement après que le Seigneur vous a commandé de ne plus retourner à l'avenir par la même voie.

17. Il n'aura point une multitude de femmes qui se rendent maîtresses de son esprit, ni une quantité immense d'or et d'argent.

18. Après qu'il sera assis sur le trône, il fera transcrire pour soi dans un livre ce Deuteronomie et cette loi du Seigneur, dont il recevra une copie des mains des prêtres de la tribu de Lévi.

19. Il l'aura avec soi, et il la lira tous les jours de sa vie; pour apprendre à craindre le Seigneur son Dieu, et à garder ses paroles

Deum suum, et custodire verba et caeremonias ejus, quae in lege praecipita sunt.

20. Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, et filii ejus super Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — INTRA UNAM PORTAM, id est, urbium. Similis synecdoche fuit c. praeced. v. 18.

VERS. 5. — ADORENT OMNEM MILITIAM CAELI, id est, adorent quaelibet astra, quae sunt quasi milites Deo famulantes, et pro eo, cum opus est, depugnantes; vide dicta Num. 4, 5. Adorationis siderum causa fuit prima, eorum lux et pulchritudo; secunda, quod influant in haec inferiora, eaque vivificent et vegetent; tertia, quod ea animata putarent; quarta, quod physici aliqui tradant hominem esse opus siderum; hominem enim cum concipitur et generatur, à sole sortiri spiritum, à luna corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium, à Jove desiderium, à Venere cupiditatem, à Saturno humorem.

VERS. 6. — IN ORE DEORUM, id est, ut Chald., per dictum duorum aut trium testium reus convictus occidatur.

VERS. 7. — MANUS TESTIUM PRIMA INTERFICIT EUM. Hebr.: *Manus testium primò erit contra eum, ad interficiendum eum*, id est, primum in eum lapidem conjiciet.

Moraliter. Nota hic, quantum crimen sit apostasia, quantumque Deus illud vindicet, et à nobis vindicari velit. Nota est poena Luciferi, Ade, Salomonis, Juliani. Audi nova.

Sub annum Domini 868, gens Bulgarorum ferax ac bellicosa, relictis idolis, abrenuntiatque gentium superstitionibus, in Christum pro maxima parte credidit, et abluta salutaris baptismatis unda in Religionem christianam transit. Ferunt autem de hujus gentis rege, quod tantà perfectione post perceptam baptismi gratiam vivere cœperit, ut diebus, ornamentis regis indutus coram populo procederet; noctibus vero sacro vestitu latenter ecclesiam intrans, super pavementum ipsius basilicæ, substrato tantum sibi cilicio prostratus in oratione jaceret. Non post multum tempus divinâ inspiratione commotus, regnum terrenum dimisit, ut in caelis aeternaliter regnaret cum Christo. Et ordinavit in suum locum regem filium suum majorem natu, comam capitis deposuit, habituque sanctae conversationis suscepto monachus effectus est, elemosinis, vigiliis et orationibus

et ses cérémonies qui sont prescrites dans la loi.

20. Que son cœur ne s'éleve point d'orgueil au-dessus de ses frères; et qu'il ne se détourne ni à droite ni à gauche de la loi du Seigneur, afin qu'il règne longtemps lui et ses fils sur le peuple d'Israël.

COMMENTARIUM.

diu nocturne intentus. Interea, filius ejus, quem regem constituerat, longè à paternâ intentione et operatione recedens, predas cœpit exercere, ebrietatibus, comessationibus et libidinibus vacare, et omni conamine ad gentilitatis ritum populum noviter baptizatum revocare. Quod cum pater audivisset, nimio zelo accensus sacrum habitum deposuit, militiæ cingulum resumpsit, et cultu regio indutus, associatis sibi Deum timentibus filium persecutus est, quem mox absque difficultate cepit, oculosque ejus effodit, et in carcerem misit; deinde convocato omni regno suo filium juniorem regem constituit, interminatus coram omnibus similita fore passurum, si in aliquo à rectâ christianitate deviare. His ita patris, deposito cingulo, et resumpto sancte religionis habitu in monasterium ingressus in sanctâ conversatione reliquum vite presentis tempus duxit. Ita Regino lib. 6, et Martin. Polon. 1, 4 Chronie.

Anno Domini 870, Carolomanus, cum adhuc esset puerulus, jussu patris attonsus, clericis effectus est; deinde procedente tempore ad diaconatus officium, quamvis invitatus atque coactus in presentia genitoris ordinatus est, legitime publicè Evangelium, et pontifici Misam celebrant juxta morem ministravit. Post hæc in apostasiâ recedens ab ecclesiasticâ religione, abiciens ac spernens negligenter gratiam, quæ ei data erat per impositionem manûs, alter Julianus efficitur. Collecta quippe prodonum non modicâ turbâ, ecclesias Dei cepit devastare, ea quæ pacis sunt impugnarè, cuncta deripere, et mala inaudita perpetrare. Pro quibus cum crebrò à patre correptus fuisset, nec tamen ullatenus accepta pravitas cessaret, novissimè ex præcepto patris ei oculi eruantur, justo Dei judicio lucem exteriorem amittens, qui interiorem, quæ Christus est, à suo pectore effugaverat: in tenebris exterioribus missus, qui interioribus suâ sponte se tradiderat. Orbatusque Ludovicum avunculum suum adiit, miseriarum et calamitatum suarum arumnas apud eum lugubriter deplorans. Hinc miseratione motus, Absterneum monasterium S. Willebrordi ei ad subsidium vite presentis concessit, ubi non multo post tempore mortuus

295
est et sepultus. Ita Regino lib. 2 Chron. anno 870. Audi et sanctos nutantes in re levi punitos.

Catharina Svedica, dum cum matre Romæ esset, jussa est aliquando ob impiorum nequitas domi manere, tantisper dum mater ad stationes et indulgentias abiret. Interim adest Satan, et acerbas in ejus animum cepit cogitationes immittere, tanquam aliis suarum animarum luera captantibus, ipsa instar bruti animalis ab omnibus spiritualibus bonis arceretur. Addebat his, ejus cognatos, fratres et sorores in patriâ cum summa tranquillitate servire Deo, ipsam verò miseram ducere vitam; prestare igitur ne in lucem quidem editam fuisse, quam id genus inertem vitam ducere. Erat hæc in animo sancte virginis tentatio vehemens, adeoque eam mœrore et perturbatione opplexerat, ut matre illius revertente et seriò præcipiente, ut tanti mœoris causam ediceret, simpliciter responderet, se loqui non posse. Et certè jam planè instar mortuæ facies ejus expalluerat, oculi transversi erant: in tantum molestus erat daemon id genus importunissimis ingereudis cogitationibus. Porrò nocte proximâ in somnis visa est sibi videre totum mundum quasi inflammatum, seque in medio ignis positam in parvâ quâdam planticè, planèque desperantem ab illis se posse flammis eripi; tum verò appareantem ipsi beatissimam Mariam Virginem, quam his verbis deprecabatur: *Adjuva me, charissima Domina mea. Illam verò respondentem: Et quâ te possum ratione juvare, quæ tanto patriæ teneris desiderio, oblitâ sponsonis tuæ, neque Deo, neque mihi, neque matri tuæ, neque patri spirituali obediens? se verò offerentem ad omniam exsequenda, quæ jubere Dei mater; alique tum demum Dei genitricem dicentem: Obedias igitur matri tuæ, et patri spirituali. Expergefacta inde Catharina matrem cum omni humilitate cecleriter adiit, veniam sive inconstantia petiit, promissisque se deinceps ad mortem usque libenter in exilio cum ipsâ permanuram. Ita habet Vita S. Catharinæ c. 6, quæ extat apud Surium 22 martii.*

VERS. 8. — SI DIFFICILE ET AMBIGUUM APUD TE JUDICEM ESSÉ PERSPEXERIS INTER SANGUINEM ET SANGUINEM. Sanguis hic metonymicè vocatur homicidium, q. d.: Si ambiguum sit homicidium, id est, homicidii qualitas, aliis asserentibus illud esse voluntarium sive destinatum, ideòque morte puniendum; aliis verò excusantibus, quòd casu, vel ignoranter admissum sit, ideòque homicide esse jus asyli, in civitatibus

refugii. Ita Lyran. Abulens. et alii. Sic inter causam et causam, id est, si causa et lis sit ambigua, aliis dicentibus esse justam, aliis esse injustam; sic inter lepram et lepram (ita enim legendum est cum Roman. Hebr. Chald. et Græcis, non autem inter lepram et non lepram, uti legunt Plantin.) scilicet, aliis asserentibus esse lepram mundam, vel mundissimam, quæ hominem à sacris non arceat, aliis verò dicentibus esse lepram inmundam, et arcentem à sacris.

Nota. Legales causæ et questiones erant duplices: scilicet primò, erant sacre et caeremoniales, uti questio de fide, religione, et caeremoniis; talis erat controversia de lepra; hæc spectabant ad sacerdotes, uti per se patet. Secundo, erant judiciales, uti de sanguine et homicidio; hæc spectabant ad magistratum laicum, et in singulis urbibus erant iudices, ad eas judicandas constituti, uti dictum est cap. praeced. v. 18, qui si non possent litem dirimere, tenebantur eam deferre Hierosolymam ad sacerdotes et ad pontificem, qui cum definiat. Omnia enim hæc ex lege, vel judiciali, vel caeremoniali definienda erant; legis autem interpres erat pontifex, de quo mox supra; unde sequitur, pontificem fuisse tum summum iudicem controversiarum etiam legalium.

ASCENDE AD LOCUM QUEM ELEGERIT DOMINUS, ascende in Jerusalem, ubi est templum, in quo habitat Dominus. Ita Abulens. Voluit Deus, supremam auctoritatem iudicii esse in loco tabernaculi, vel templi, quia hic locus erat Dei, id est, divinæ presidentiæ. Deus ergo presidentis in templo illuminabat et dirigebat sacerdotes et iudices inibi commemorantes, ne errarent in iudicio, sed justam, æquam et veram sententiam pronuntiarent. Rursùm justitia esse res sancta et inviolabilis: hinc Deus iudices voluit residere in loco sacro. Architas dicebat iudicem esse aram; ad utrumque enim confingunt qui injuriâ afficiuntur, significans iudices tales esse debere, qui oppressis sint præsidio, et instar sacri asyli; testis est Aristot. lib. 5 Rhetoricæ.

VERS. 9. — VENESQUE AD SACERDOTES LEVITICI GENERIS, ET AD JUDICEM. Aliqui, ut Lyranus et Sigonius lib. 6 de Repub. hebr. 7, hæc divisim accipiunt, q. d.: Si dubium sit de rebus sacris, consule sacerdotes; sin de civilibus, consulo iudicem sceutarem, ut et capitur pro civi. Verùm hoc dici nequit, quia non divisim, sed simpliciter et absolute vult Deus hic recurri ad sacerdotes, in omnibus causis dubiis, quæ ex

lege divinā decidi debent. Legis enim interpretatio pertinebat ad sacerdotes, et maxime ad pontificem qui erat hierarcha et princeps sacerdotum: hoc enim est quod subdit: *Et facies quodcumque dixerint qui presunt loco quem elegerit Dominus, et docuerint te juxta legem ejus. Secundū, quia sacerdotes fuisse iudices, non tantum in causis sacris, sed etiam civilibus, imō in causā homicidii, disertē docet Ezechiel cap. 44, v. 24. Idem patet hic e. 21, 5, ubi agens Moyses de homicidio occulto, ait: *Accedent ad sacerdotes, etc., et ad verbum eorum omne negotium, et quid nudum vel immundum est, judicetur.* Idem docet Josephus lib. 2 contra Appion, cum ait: *Sacerdotes inspectores omnium, iudices controversiarum, et punitores damnatorum, consulti sunt a Mose.* Et Philo lib. 5 de Vita Mosis docet, Moysen ex consilio sacerdotum qui de more ei assidebant, damnasse ad mortem hominem colligentem ligna in sabbato; de quo Numer. 15, v. 35. Imō Abulensis docet summum pontificem vocari hic iudicem, eō quod ipse solus in concilio, auditio aliorum iudicio, proferre soleret sententiam mortis. Ita Caiphas in concilio tulit sententiam mortis in Christum, Joan. 11, v. 50. Ita Ananias pontifex in concilio precepit percuti Paulum, Act. 25, 2. Ita Ananus pontifex Jacobum fratrem Domini in concilio mortis reum peregit, teste Josepho lib. 20, 8. Ita alius pontifex S. Matthiam, quasi blasphemum, in concilio morti adiudicavit, dicens: *Scriptum est: Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur; si credimus Actis S. Matthie. Tertio, quia, v. 12, expressē dicitur: Qui superbiert, nolens obedire sacerdoti imperio, etc., morietur; hoc ergo imperium, erat sententia judicialis et definitiva pontificis.**

Pari modo apud gentes, communi ac naturali consensu, cuncta sacerdotum arbitrio regelantur, etiam que ad politicum spectabant imperium, ut de Æthiopiis testatur Strabo lib. 17; de Ægyptiis Ælianus lib. 14 variar. Histor. 54 de Persis, eorumque Magis; Eusebius in Chron. Agathias lib. 2, et alii; de Atheniensibus et Areopagitis Josephus lib. 14 Antiq. 19; de Gallis et Druidis Cesar lib. 6 de Bello Gall.; de Romanis, et eorum anguribus, Cicero lib. 2 de Legibus, et alii. Si igitur (quod Socrates apud Xenophontem lib. 4 de Dietis Socratis dicit) quod ab omnibus gentibus observatum est, id non nisi à Deo sancitum esse, dicendum est, profectō etiam nulla de his in divinis Scripturis lex apparet; tamen sacerdotum judiciaria potestas, divino instinctu

et jure concessa, ex dietis jam satis probata haberetur. Hinc et initio Ecclesie, episcopi erant iudices causarum, etiam civilium, que inter Christianos agitantur, ut dixi 1 Corinthi, 6, 5.

Dico ergo: Sancit hic Deus, ut minores iudices oppidorum in causis tam sacris, quam politicis, puta in dubiis, non tam facti, quam juris et legis divinæ, recurrant ad sacerdotes et ad pontificem, qui legis sententiam et mentem explicantes, secundum eam causam decident. Leges enim non tantum ceremoniales, sed et judiciales, que justam reipublice et politice gubernationem spectabant, à Deo erant prescripte, et hinc sacris libris consignate, quarum proinde explicatio ad sacerdotes pertinebat.

Secus erat in causis et dubiis facti, aut merē civilibus, puta talibus, que non ex lege Dei, sed ex jure, vel nature vel positivo humano, et rationali resolvi debebant: in his enim non opus erat consulere sacerdotes (poterant tamen, et sæpe de facto eos consulabant), sed vel sapientes, vel iudices, et principes seculares, qualis fuit Othoniel, Gedeon, Jephthae, etc.

Hinc sequitur, per iudicem hic vel intelligi pontificem, ut vult Vatablus, sive ejus vicarium, ut vult Abulensis, vel potius (ut colligitur ex v. 12) iudicem secularem, inquit Cajetan., Lyranus, Sigon. et Oleaster, qui debet sequi sententiam sacerdotum et pontificis, ejusque tantum erat approbator et executor; unde hic, junctim dicitur: *Venies ad sacerdotes, et ad iudicem, quasi unum idemque sit iudicium sacerdotum et iudicis; et quia aliqui potuissent iudex discrepare à sententiā sacerdotum, itaque, litigantes iudicis sententiam sequi potuissent, relicta sententiā sacerdotum et pontificis, quod tamen hic vetatur. Rursūm dissidentibus inter se pontifice et iudice, quod facile et proclive erat, his terminari et decidi non potuisset. Tales iudices laicos, puta principes familiarum, sacerdotibus in iudicando adjuvit Josaphat rex, ut patet 2 Paral. 19, 8. Excipio Samuel, et si qui alii fuerunt iudices simul et Prophete. Hi enim ex dono prophetie regelant et iudicabant populum; unde non egeant consilio sacerdotum. Unde Hebræi hunc versum referunt ad concilium Sanhedrim, quod erat summum, instar parlamenti, et iudicabat de rege, lege et Propheta, ad illudque erat ultima appellatio. Porrō Sanhedrim constabat 70 viris, qui tam ex sacerdotibus quam ex principibus*

quomodo princeps absque stipatoribus possit esse tutus, respondit: *Si subditis ita imperet, ut pater filiis.* Hinc aliqui putant, Judæis vetitum fuisse eorum usum; unde Oriolanus in notis ad libr. Machab. opinatur Judæos nunquam usos esse equis, sed asinis. Verum verius est, non equos, sed tantum equorum copiam. Judæis fuisse vetitum, tum hic, tum psal. 75, 7, et Isaie 2, 8, ut ibi disertē docent S. Hier. Procopius, Basilus. Hinc pii reges et principes Judæorum, in bellis ferē peditatu, vix equitatu sunt usi, ut patet in Machabæis: impii autem reges magno equitatu sunt usi, ut patet de Joram. 2 Paral. 21, 9.

NEC REDUCET POPULUM IN ÆGYPTUM, EQUITATES NUMERO SUBLEVATOS, ut scilicet bellum inferat Ægyptiis, velique Ægyptum occupare. Hebræa habent: *Non reverti faciet populum in Ægyptum, ut multiplicet equos*, id est, ut multos equos sibi in Ægypto coemat, inquit Vatabl. Cajetanus et alii. Verum ad hoc non erat necesse reducere populum in Ægyptum, sed sufficere reges tresve mercatores eō mittere, ad equos coemendos; quare solerter noster interpretes *ut ut multiplicet equos*, ita accepit, quasi dicat: *Ut multiplicando equos, et equitatus numero sublevatus et superbiens, audeat invadere Ægyptum, eoque populum reducat.*

Legimus de Platone, in ejus Apophthegmatibus, quōd cum aliquando equum consensisset, mox descenderit, dicens, *reveri se vult imperare*, id est, *ne equestri fastu corripetur.* Superbum enim animal est equus, et equitare quiddam habet altum et magnificentum. Hæc ergo fastos causā noluit Deus regem sui populi multiplicare equos, sed dicere cum Davide psal. 19, 8: *Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.*

PRESEPTUM CUM DOMINUS PRÆCEPERIT VOBIS, UT NEQUAquam PER EAMDEM VIAM REVERTAMINI. Quando et ubi Dominus hoc præceperit, nusquam est scriptum. Præcepit autem, ne per eandem viam, illam scilicet que ducit in Ægyptum, revertentur, partim quia Hebræi proni erant ad vitia et mores Ægyptios; partim ne Ægyptum videntes fertilem, ex Nili inundatione, parvi penderent liberalitatem Dei, qui eos inde è miserimā servitute duxerat.

VERS. 17. — NON HABEBIT UXORES PLURIMAS, QUE ALLIGANT ANIMUM EJUS. Hebr. est, *ut non recedat cor ejus*, scilicet à lege Dei. Hinc intelligimus, ait S. Aug. qu. 26, et Bahanus, tunc permixtum fuisse regibus, ut plures habe-

rent uxores, quam unam, uti habuit David, non autem nullas, uti habuit Salomon, idque ne multiplicando eas, perveniret tandem ad alienigenas, que eos ad idola deducerent, uti contigit Salomon. Secundō, ne populus, reges suos imitans, in luxum et libidines distineret; nam,

Regis ad exemplum totus componitur orbis, Et, ut Pindarus ait: Rex est ingenium et mores omnium. Et alius: Rex est cor populi. Sic Convallo pio apud Scotos regnante, mirè floruit apud eos religio et probitas, ita ut S. Columbanus ad eam videndam, ex Hiberniā in Scotiam trajecerit, ac rediens, rogatus quænam ibidem vidisset miracula, responderit: *Vidi unum instar omnium, regem videlicet Convallum, qui in mediis deliciis et peccatorum incitamentis, cum monachis et episcopis de sanctimoniam contendit; quâ de causâ suis ita est reverendus, ut ipsi nec aliis injuri, nec de rege ipso hiscere sinistri quippiam audeant. Unde effectum est, ut plus regis virtus ferocem populum à solitiis flagitiis et seditiosis, quam ejusdem auctoritas coercet.* Ita refert Hector Boethius Hist. Scotie lib. 9.

Alphonsus, Aragonum rex, cum sui de regnum munis, deque eorum et regnorum felicitate disceptarent, dixit: *Optimè eam S. Aug. hisce verbis expressit: Reges felices erunt et regna, si primò, justè imperent; secundò, si inter linguas sublimiter honorantur, et obsequia nimis humiliter salutantur non extollantur; sed se homines esse meminerint; tertio, si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, majestatis ejus famulam faciunt; quarto, si Deum timent, diligunt et colunt; quinto, si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes; sexto, si tardius vindicant, facile ignoscunt; septimò, si eandem vindictam pro necessitate regende, tuendæque reipublice, non pro saturandis inimicitiarum odiis exerunt; octavò, si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent; nonò, si quod asperè coguntur plerumque decernere, misericordie lenitate, et beneficiorum largitate compensant; decimò, si luxuria tantò est castigior, quanto possent esse liberior; undecimò, si malum cupiditatibus, quam quibuslibet gentibus imperare; duodecimò, si hæc omnia faciunt non propter ardorem inanis glorie, sed propter charita-*

tem peccatis aeternae; decimo tertio, si pro suis peccatis, humilitatis, et miserationis, et orationis sacrificium, Deo suo vero immolare non negligunt. Tales christianos reges et imperatores dicemus esse felices, item et eorum regna. Ita Panormitanus in Vita Alphonsi.

NEQUE ARGENTI ET AURI IMMENSA PONDERA, ne scilicet rex, ex cupiditate auri et opum spoliis subditos, et ne ex opibus in fastum et luxum diffuset; in quo etiam peccavit Salomon, nimis tributis premens populum ad suum luxum, 5 Reg. 12, 4. Audiant eum reges confidentem suam vanitatem: *Coacervavi, inquit, mihi argentum et aurum, et substantiam regum atque provinciarum, etc.; cumque me vertissem ad universa, quae fecerant manus meae, et ad labores, quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, et nihil permanere sub sole, Ecclesiaste 2, v. 8 et 11.*

Trajanus imp. fiscum suum vocabat lienem, eò quod ejus nimium augmentum, subditorum et populi, à quo pecunia fisci exigitur, sit detrimentum; crescent enim et inumescunt liene, caeteri artus et membra tabescent.

VERS. 18. — DESCRIBIT (describi curabit) SIBI DEUTERONOMIUM, etc., LEGESQUE ILLUD ORNATES DIEBUS VITAE SEAE, non quod continuè vel quotidie illud legere teneatur, sed toties legat, ut memor sit eorum, quae in Deuteronomio scripta sunt.

VERS. 19. — UT DISCAT TINERE DOMINUM. Hunc enim Dei timorem magis inculcat Deuteronomium, quàm Exodus, vel Leviticus; est enim Deuteronomium ardens et perpetua concio Moysi, incitans Hebraeos ad cultum Dei. Ita Abulensis.

Notent et hoc principes. Peccarunt in hac re reges Juda, ideòque regum perdidit: unde Helcias abjectum in angulo inveniens Deuteronomium, attulit illud ad Josiam, qui magnà religione illud excepit, legit, et adimplevit, itaque republicam Hebraeorum cum religione restituit, ut patet 4 Reg. 22 et seq.

E contrario Jeroboam, Baasa, Jehu, aliique reges Israel imperium quod à Deo acceperant, ob neglectam Dei veri religionem, mox perdidit, et ultra tertium vel quartum haeredem non propagarunt. Ita Constantinus imp. dicebat: « Romani imperii dignitas et amplitudo fontem atque radicem habet veram pietatem. » Ita regnarunt feliciter pii et religiosi principes christiani, Theodosius, Marcianus, Justinus, Justinianus et alii; infeliciter verò regnarunt

infideles et impii, Constantius, Julianus, Valens et alii plurimi.

Audi quid de uno Valente scribat Nicephor. lib. 11, c. 50. Cùm Valens contra Gothos Constantinopoli egrederecur, occurrit Isaacius eremita, et freno equi illius arrepto dixit: « Quoniam, o imperator, proficieris, qui adversus Deum bella geris, neque tecum illius opem trabis? Ille contra te Barbaros excitavit, quia tu impiorum hominum licet quas exacuisti: reddere igitur Orthodoxis ecclesias, quas eis ademisti, et victor evades; et si id noloeris, experieris quàm sit durum contra stimulum calcitrare, et impotentem linguam in caelum tollere; neque enim ipse redibis, et perdes quas tecum ducis copias. » Valens irà aeternans: « Ego verò, inquit, redibo et victor, et dignus à te temeritatis tuae sumam poenas, tuamque predictionem falsam esse ostendam. » Et confestim comprehendi hominem; et in custodia asservari, donec rediret, jussit. At ille abductus vociferabatur: « Eneca etiam, si mendacia esse deprehenderis verba mea. » Paulo post Valens cum suo exercitu foedè periit, ipseque fugiens ad paludes, in casà à Gothis concrematus est.

Porrò pii et boni principis effigiem describit David Psalm. 71 et 100; item S. Scriptura in Davide, 2 Regum 7, in Salomone, Asà, Josaphat, Ezechia et Josia, in libris Regum. Mira verò fuit vox Constantini imper. qui episcopi sui seculi dicebat: « Vos intra Ecclesiam, ego extra Ecclesiam à Deo episcopus constitutus sum, » uti refert Euseb. lib. 4 Vitae ejus cap. 24. Pater verò ejus Constantius imper. Christianos, qui semper liberè fidem professi essent, stipatores suos et regni custodes, apostatis omnibus et profanis eiecit, constituit, in quibus tales in praecipuis et fidei amicis habendos, plurisque quàm ingentes thesauros estimandos esse. Ita Euseb. lib. 1 Vitae Constant. c. 11.

Denique Justinus Imp. creans Tiberium Caesarem, eumque purpurà investiens, dixit ei: *Honora Deum et Ecclesiam ejus, olim heram et dominam, nunc verò matrem tuam; nosce quis antea fueris; et quis hodie factus sis: pauperem inprimis dilige, et eleemosynae apud te non deficiant.* Ita Nicephor. lib. 17, c. 40.

VERS. 20. — NŒC ELEVEYER COR EUS IN SUPERBIA, SUPER FRATRES SUOS, scilicet super gentem suam, super Hebraeos, q. d.: Hebraei ex gente et genere, sunt fratres regis; ergo supra eos insolenter non se efferat rex, ut

putet illos legibus Deuteronomii teneri, se verò supra illas esse; unde sequitur: *Neque declinet in partem dexteram vel sinistram, scilicet à præcepto, ut habent hebraei, sed rectè legis viâ incedat, itaque à Deo assequatur præmium, ut longo tempore regnet ipse et filii ejus.* Talis rex et regum exemplar fuit Josaphat, de quo Damascenus in Vita Barlaam et Josaphat ita scribit: « Illud exploratum habebat, omnium eorum numerum hoc primam et præstantissimum esse, ut homines ad Dei metum, ac justitiæ cultum erudiat: quod etiam ipse faciebat, seipsum videlicet ad imperio tenendas animi perturbaciones comparans, subditosque suos admonens, atque optimi naucleri instar justitiæ clavum sedulo tenens. Nam hæc demùm veri regni lex ac norma est, et miram voluntatibus imperare,isque domitari, quemadmodum ipse etiam faciebat. Quippe nec de majorum nobilitate, nec de regni gloriâ, in quâ versabatur, ullo modo se efferens (quandoquidem Iudeum omnes generis auctorem habemus, ejusdemque argillæ pauperes aequè ac divites sumus) verùm in humilitatis abyssum mentem suam assidue conjiciens, futuraeque beatitudinem animo et cogitatione complectens, iniquum hinc seipsum esse ducebat; ea autem propria esse statabat, quibus post hujus vite peregrinationem fruerecur. »

Audi et gentiles. Cato dixit, *peissimum esse principem, qui regere nequit seipsum.* Et Agesilaus hoc gloriabatur, quòd à nemine superaretur laborando, et sibi magis quàm subditis imperaret. Si quando aliquid vellet celeriter à militibus peragi, id primus ipse in conspectu omnium faciebat. Idem, intelligens Thasios sibi templa divinosque honores decrevisse, ob beneficia eis præstita, quæsvit à legatis, a civitas eorum posset homines in deos convertere: eum affirmarent: « Agedum, inquit, vos ipsos primùm deos facite: eo facto credam vobis, posse me quoque à vobis in deum mutari. » Moriens mandavit nullam sui fieri effigiem, aut monumentum: « Si quid enim, aiebat, à me est præclarè factum, id monumentum mihi erit; sin verò, ne omnes quidem statuæ, quæ sunt opera hominum illiberatum, mihi nomen conciliabunt. » Ita Plutarchus in Lacon.

Pulchrè Seneca traged. 2 :

Regem non faciunt opes,
Non vestis Tyria color:
Rex est qui possit motus,

Et diri mala pectoris;
Quem non ambitio impotens,
Et nonquàm stabilis favor
Vulgi præcipit mores;
Qui tuto positus loco,
Infra se videt omnia.

Et Horat. od. 2, lib. 2 :

Latius reges avidum domando
Spiritus, quàm si Libyam remotis
Gadibus jungas, et uterque Pœnus
Serviat uni.

Simulacrum Dei est bonus et sanctus princeps, et *animata Dei in terris imago*, inquit Menander. « Vespasianus, inquit Tacitus l. 2, acer solebat militiæ anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio, ac, si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix à gregario milite discrepans: prorsus, si avaritia abfuisse, antiquis ducibus par. — Idorum sapientum præceptum est, principem quò natura sublimior est, eò humaniorem se inferioribus si præberit, charissimum populo futurum, » inquit Niceph. Gregoras lib. 6 Histor. Arbitratur Cyrus nemini convenire imperium, nisi qui subditis esset melior, inquit Xenophon. lib. 8 Cyropædiæ. Idem aiebat, bonum principem et magistratum esse legem videntem, quippe qui legis negligentem cernere queat et punire.

Notent principes illud Senecæ traged. 3: *Qui vult amari, languidè regnet manu.* Rursùm illud Ammiani Marcellini l. 30: *Regenti imperium omnia nimia, veluti prærupti scopuli, sunt devitanda.* Nerva neque adeò bonus princeps fuit, ut diceret, se nihil fecisse, quò minus posset deposito imperio privatus tuto vivere, ait Dio. Hinc Solon aiebat: *Impera, ubi prius didiceris parare. Regi enim cum didiceris, scies regere.* Agesilaus rex Lacædem. se principatum non sibi, sed republicae ejusque sociis et amicis gerere dicebat. Agathon dixit: « Princeps meminerit primò, quòd imperet hominibus; secundò, quòd secundum leges; tertio, quòd non semper imperabit. »

CAPUT XVIII.

4. Non habebunt sacerdotes et Levitæ, et omnes qui de eadem tribu sunt, partem et hæreditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, et oblationes ejus comedent; — 2. et nihil aliud accipiet de possessione fratrum suorum; Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locustas est filiis. — 5. Hoc erit judicium sacerdotum à populo, et ab his qui

offerunt victimas, sive bovem, sive ovem immolaverint, dabunt sacerdoti armum ac ventriculum : — 4. primitias frumenti, vini et olei, et lanarum partem ex ovium tonsione. — 5. Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, ut stet, et ministret nomini Domini ipse, et filii ejus in sempiternum. — 6. Si exierit Levites ex unâ urbium tuarum ex omni Israël in quâ habitat, et voluerit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus, — 7. ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes fratres ejus Levitæ, qui stabunt eo tempore coram Domino. — 8. Partem ciborum eandem accipiet, quam et ceteri, excepto eo quod in urbe suâ ex paternâ et successione debetur. — 9. Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium. — 10. Nec inveniatur in te qui lustrat filium suum, aut filiam, ducens per ignem : aut qui ariolos sciscitetur, et observet somnia atque auguria, nec sit maleficus, — 11. nec incantator, nec qui Pythones consulat nec divinos, aut quærat à mortuis veritatem. — 12. Omnia enim hæc abominatur Dominus, et propter istius modi scelera debet eos in introitu tuo. — 13. Perfectus eris, et absque macula cum Domino Deo tuo. — 14. Gentes istæ, quarum possidebis terram, augures et divinos audiunt ; tu autem à Domino tuo aliter institutus es. — 15. PROPHETA de gente tuâ et de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus : ipsum audies, — 16. ut petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti : Ultra non audiam vocem Domini Dei mei, et ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. — 17. Et ait Dominus mihi : Benè omnia sunt locuti. — 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui : et ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. — 19. Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. — 20. Propheta autem qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur. — 21. Quod si tacitâ cogitatione responderis : Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? — 22. Hoc habebis signum : Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, et non evertit : hoc Dominus non est locutus, sed per timorem animi sui propheta confinxit : et idcirco non timebis eum.

1. Les prêtres ni les Lévites, ni aucun de ceux qui sont de la même tribu, n'auront point de part ni d'héritage avec le reste d'Israël, parce qu'ils mangeront des sacrifices du Seigneur et des oblations qui lui seront faites ; — 2. et ils ne prendront rien autre chose de ce que leurs frères posséderont, parce que le Seigneur est lui-même leur héritage, selon qu'il leur a dit. — 5. Voici ce que les prêtres auront droit de prendre du peuple et de ceux qui offrent des victimes : soit qu'ils immolent un bœuf ou une brebis, ils donneront au prêtre l'épaule et la poitrine. — 4. Ils lui donneront aussi les prémices du froment, du vin et de l'huile, et une partie des laines, lorsqu'ils feront tondre leurs brebis. — 5. Car le Seigneur votre Dieu l'a choisi d'entre toutes vos tribus, afin qu'il assiste devant le Seigneur et qu'il serve à la gloire de son nom, lui et ses enfants pour toujours. — 6. Si un Lévite sort de l'une de vos villes répandues dans tout Israël, dans laquelle il habite, et qu'il veuille aller demeurer au lieu que le Seigneur aura choisi, — 7. il sera employé au ministère du Seigneur votre Dieu, comme tous les Lévites, ses frères, qui assisteront pendant ce temps-là devant le Seigneur. — 8. Il recevra la même part que les autres des viandes qui seront offertes, outre la part qui lui est acquise dans sa ville par la succession aux droits de son père. — 9. Lorsque vous serez entrés dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous donnera, prenez bien garde de ne pas vouloir imiter les abominations de ces peuples, auxquels vous succéderez ; — 10. et qu'il ne se trouve personne parmi vous qui prétende purifier son fils ou sa fille en les faisant passer par le feu, ou qui consulte les devins, ou qui observe les songes et les augures, ou qui use de malélices, — 11. de sortilèges et d'enchantements, ou qui consulte ceux qui ont l'esprit de Python et qui se mêlent de deviner, ou qui interrogent les morts pour apprendre la vérité ; — 12. car le Seigneur a en abomination toutes ces choses, et il exterminera tous ces peuples à votre entrée, à cause de ces sortes de crimes qu'ils ont commis. — 13. Vous serez parfaits et sans tache avec le Seigneur votre Dieu. — 14. Ces nations dont vous allez posséder toutes ces choses, et il exterminera tous ces peuples à votre entrée, à cause de ces sortes de crimes qu'ils ont commis. — 15. Vous serez parfaits et sans tache avec le Seigneur votre Dieu. — 14. Ces nations dont vous allez posséder toutes ces choses, et il exterminera tous ces peuples à votre entrée, à cause de ces sortes de crimes qu'ils ont commis. — 15. Vous serez parfaits et sans tache avec le Seigneur votre Dieu, et vous avez appris à ne compter que lui et ceux qui vous parlent de sa part. — 15. Quand je ne serai plus avec vous, le Sei-

gneur votre Dieu vous suscitera un grand prophète, qui sera comme moi de votre nation, et d'entre vos frères ; c'est lui que vous écoutez. — 16. selon la demande que vous faites au Seigneur votre Dieu près du mont Horeb, où tout le peuple était assemblé, en lui disant : Que je n'entende plus la voix du Seigneur mon Dieu, et que je ne voie plus ce feu effroyable, de peur que je meure. — 17. Et le Seigneur me dit : Tout ce que ce peuple vient de dire est raisonnable. — 18. Je leur susciterai du milieu de leurs frères un prophète semblable à vous ; je lui mettrai mes paroles dans la bouche : et il leur dira tout ce que je lui ordonnerai. — 19. Que si quelqu'un ne veut pas entendre les paroles que ce prophète prononcera en mon nom, ce sera moi qui en ferai la vengeance. — 20. Si un prophète, corrompu par son orgueil, entreprend de parler en mon nom et de dire des choses que je ne lui ai point commandé de dire, ou s'il parle au nom des dieux étrangers, il sera puni de mort. — 21. Que si vous dites secrètement en vous-même : Comment puis-je discerner une parole que le Seigneur n'a point dite, d'avec celle qu'il a dite? — 22. Voici le signe que vous aurez pour le connaître : Si ce que ce prophète a prédit au nom du Seigneur n'arrive point, c'est une marque que ce n'était point le Seigneur qui l'avait dit, mais que ce prophète l'avait inventé par l'orgueil et l'enflure de son esprit. C'est pourquoi vous n'aurez aucun respect pour ce prophète, et vous l'exterminerez comme un séducteur.

VERS. 5. — HOC ERIT JUDICIUM SACERDOTUM A POPULO, q. d. : Hoc erit jus, vel redditus, quem jurè suo sacerdotes à populo recipient.

SIVE BOVEM, SIVE OVEM IMMOLAVERINT, scilicet in hostiam pacificam.

DABUNT SACERDOTI ARMUM, AC VENTRICULUM. Nam in holocausto sola pellis cedebat sacerdoti ; in victimâ verò pro peccato, tota caro ; in hostiâ autem pacificâ, tantum armus et pectusculum dabatur sacerdoti, ut patet ex Levitico.

Nota. Pro armum et ventriculum, hebr. est, armum, genas et ventriculum. Ita et Chald. et Septuag. Sed per genas hic intelliguntur partes carææ, quæ exciso ex quartâ animalis parte armo, utrinque relinqui solent in ventriculo, seu pectusculo. Quare armum, genas et ventriculum, idem est quod armum et ventriculum, seu pectusculum, quæ sunt quarta ani-

malis portio ; nec enim jure Exodi 29, 28, et Levit. 7, 31, ubi exactè hæc describuntur, ex hostiâ pacificâ aliud cedebat sacerdoti, quam armus et pectusculum. Ita Abulensis. Quare figmentum videtur, quod aiunt Hebræi, hæc tria dari sacerdoti propter Phinees, scilicet dari armum, sive brachium, quia Phinees in fortitudine brachii sui percussit Zambri cum Madianitide, Num. 25 ; dari ventriculum, quia Phinees percussit eos in ventre, scilicet in genitalibus ; dari genas, quia has movent sacerdotes, dum orant pro offerente ; hæc enim aut factum Phinees consignata sunt sacerdoti, Exodi 29, 28.

VERS. 5. — IPSUM ENIM ELEGIT, UT STET. (Septuag., ut assistat coram Domino, videlicet ut famulus jugiter ministrans ; unde sequitur) ET MINISTRET NOMINI DOMINI, id est, Domino, illum nomine suo compellendo, honorando et invocando.

Nota. Stare significat et famulatum, et ejus permanentiam ; unde Michææ 5, 4, de Christo dicitur : Et stabit, et pascat in fortitudine, q. d. : Christus manebit cum Christianis jugiter, et fortiter pasceat eos, non transibit ab eis ad alias gentes, uti transit à Judæis ad Christianos. Ita. S. Hier. ibi.

VERS. 6. — SI EXIERIT LEVITES, etc., ET VOLUERIT VENIRE, DESIDERANS LOCUM QUEM ELEGERIT DOMINUS, q. d. : Si Levita devotioe ductus, et cupiens extra vias suas, reliquo vite tempore ministrare Deo in tabernaculo, uti fecit Samuel. — 7. — PARTEM CIBORUM (oblatorum) EANDEM ACCIPIET, SICUT ET CÆTERI, qui per vias suas ministrant Deo.

EXCEPTO EO QUOD IN URBE SUA EX PATERNA ET SUCCESSIONE DEBITUR, scilicet exceptis decimis, quas in suâ urbe reciperet ; hæc enim sunt quas hæreditas Levitarum, nec alias habent. Ita Abulensis.

VERS. 10. — NEC INVENIATUR IN TE, QUI LUSTRET FILIUM SUUM. Hebr., qui traducat filium per ignem, id est, filium igne cremet, quod faciebant colentes Moloch, uti dixi Levitici 18, v. 21, aut qui cum per ignem expiet. Curabat enim alii filios suos celenter per hunc ignem transire, quia persuasum eis erat esse non mortuos ante diem, qui tali modo per ignem superstitionisè lustrati essent, inquit R. Moyses Maymon.

Nota. Lustrare est expiare : inde lustratio erat sacrificium expiatorium, quo homines, vel agri expiabantur, quale describit Virg. Æneid. 6, cum ait :

Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, et ramo felicis olive,
Lustratque viros dixitque novissima verba.

Talis lustratio erat illa, quæ filios Moloch, vel Saturno immolabant, ad publicam, vel privatam calamitatem avertebant, uti dixi Levit. 28.

VERS. 15. — PERFECTUS ERIS, ET ABSQUE MACULA CUM DOMINO DEO TUO, ut scilicet idola, ritus et scelera gentium averseris, unumque Deum colas, eique per omnia obedias; qui enim servat mandata ejus in hoc charitas perfecta est, ait S. Joan. Epist. 1, c. 2, v. 5. Ita perfectus fuit David psal. 88, v. 21 et alibi: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Et Noe, qui fuit vir justus, et perfectus in generationibus suis, Gen. 6, 9. Ita Abraham præcepit Deus: *Ambula coram me, et esto perfectus*, ut Deum per omnia ames, colas, obedias, sentias, sapiasque, dicasque cum S. Aug.: *Omnia mihi copia, quæ Deus meus non est, æquetas est.*

Præclare Cassianus lib. 4, cap. ultim.: « Audi, ait, paucis ordinem, per quem ascendere valeas ad perfectionem summam sine labore. » Principium nostræ salutis sapientiæque est timor Domini; de timore Domini nascitur compunctio salutaris; de compunctione cordis procedit abrenuntiatio, id est, nuditas et contemptus omnium facultatum; de nuditate humilitas procreatur; de humilitate mortificatio voluntatis generatur: mortificatio voluntatum extirpantur atque marcescunt universa vitia; expulsio vitiorum virtutes fructificant atque succrescunt; pulchritudine virtutum puritas cordis acquiritur; puritate cordis apostolica charitatis perfectio possidetur. »

VERS. 15. — PROPHETAM DE GENTE TUA, etc., suscitabit tibi Dominus. Duplex quasi est sensus literalis hic, usque ad v. 20, ut recte docent Abul. et Cajetanus. Prior, ut intelligantur hi versus de communibus prophetis, quos Deus viceissim et successivè post Moysen Hebræis submisit, ad annuntiandum eis et inculcandum Dei legem; ut ÷ prophetam sumatur pro prophetas. Et hic sensus optimè cohæret præcedentibus et sequentibus; præcessit enim, ad augures et divinos non esse recurrendum, et Hebræos aliter à Deo esse edoctos; videlicet promississe Deum, se eis missurum veros prophetas suos, ne ad divinos recurrere opus haberent: et juxta hanc Dei promissionem, Judæi ferè semper usque ad Christum, prophetas à

Deo missos habuerunt; unde Psaltes psal. 75, 9, tanquam de magnâ calamitate et derelictione quaeritur dicens: *Signa nostra non vidimus, jam non est propheta, et nos non cognoscat amplius*, etc. Posterior sensus, isque potissimus est, ut hæc intelligantur ad litteram de Christo, de eo enim intelligenda esse, patet Actor. 3, 22, Actor. 7, 37; Joan. 1, 45, idèque hic singulari numero vocat prophetam, scilicet per excellentiam; rursùm vocat eum similem Mosi, videlicet quoad ducatum populi et legislationem. Ita S. August. lib. 16 contra Faustum c. 15; secundo, quia, sicut Moses populum ex Ægypti, ita Christus homines ex peccati servitute in libertatem asseruit. Tertio, Moses in Chanaan, Christus in cælum non deduxit; quarto, uti Moses, ita et Christus, multa fecit miracula, plagasque non Pharaoni, sed demoni infixit; quinto, cum Mose loquebatur Deus ore ad eos familiariter: ita et cum Christo, idque longè excellentius; erat enim Christus Verbo Dei, Deoque intimè unitus.

Significat ergo hic Moses, Deum missurum veros prophetas, qui erudiant Hebræos, et verba Dei ad eos referant, et quia inter eos excelsit Christus, hinc ipsum esse præcipue Prophetam, de quo hæc accipienda sint, q. d.: Ego Moses propheta, Christi summi Prophetæ sum typus et præcursor; en morior, ad Christum vos transmitto, ipsi lampada trado, ipsum audite, ipsum sequimini. Plures enim ejusdem loci esse posse sensus litterales, præsertim cum unus alteri est subordinatus, ex S. Aug. et S. Thomâ ostendi can. 56. Porrò, licet Abulens. neget in Christo fuisse verum, et propriè dictum donum prophetiæ, quia ad hoc ipse putat requiri obscuritatem cognitionis, quæ in Christo non fuit, idèque Christum tantùm dici Prophetam secundùm æstimationem et appellationem vulgi, tamen contrarium est longè verius, scilicet Christum fuisse verè et propriè Prophetam, esto clarum habuerit prænotionem futurorum: ad prophetiam enim non requiritur obscuritas cognitionis, uti multis ostendit Franc. Suarez 3 p. q. 7, disp. 21, sect. 1.

VERS. 15 et 16. — IPSUM ADDES, UT PERISTI A DOMINO DEO TUO IN HOREB. In Sinâ enim Exodi 20, 19, Hebræi terribi voce Dei perierunt, ne Deus per se, sed per Moysen, quasi prophetam loqueretur eis. Sicut ergo ipsi tunc perierunt prophetam, qui referret eis verba Dei, verba autem Dei non tantùm tunc, sed et futuris temporibus necessaria sunt; hinc tacitè non tantùm tunc Moysen, sed et post eum, alios pro-

phetas perierunt; erant enim hi eis necessarij, æquè ac Moyses, ut per eos consulerent et discerent voluntatem Dei. Ita Abul.

VERS. 16. — QUANDO CONGIO CONGREGATA EST. Id est, in die, quo totus Israel congregatus est, ad audiendam vocem Dei; hinc vocantur congregationatores, qui loquuntur ad totam concionem, id est, ad totum populum; et sic Salomon hebr. vocatur *Colelet*, græcè *Ecclesiastes*, latinè *Concionator*.

VERS. 18. — ET PONAM VERBA MEA IN ORE EJUS: docebo eum verba mea, quæ loquatur, ut sit interpres meus. Hæc verba Dei, quæ per Christum ipse nos docuit, complectitur S. Cyprianus tractat. de Oratione Dominicâ, aurèa illâ sententiâ, quam utinam Christiani et cordibus, et templis, et domibus suis inscribant; est enim ipsa compendium vite et perfectionis christianæ: « Voluntas, inquit, Dei quam Christus docuit et fecit, est, primò, humilitas in conversatione; secundo, stabilitas in fide; tertio, et verecundia in verbis; quarto, in factis justitia; quinto, in operibus misericordia; sexto, in moribus disciplina; septimò, injuriam facere non nosse; octavo, factam tolerare posse; nonò, cum fratris pacem tenere; decimò, Deum toto corde diligere; undecimò, amare in illo quod pater est; duodecimò, et timere quod Deus est; decimò tertio, Christo nihil omninò præponere, quia nec nobis ille quidquam præposuit; decimò quartò, charitati ejus inseparabiliter adherere; decimò quinto, cruci ejus fortè ac fidenter assistere; decimò sextò, quando de ejus nomine et honore certamen est, exhibere in sermone constantiam quâ confitemur; in questione et fiduciam, quâ congregimur; in morte patientiam, quâ coronamur: hoc est cohæredem Christi velle esse, hoc est præceptum Dei facere; hoc est voluntatem Patris adimplere. »

CAPUT XIX.

1. Cùm disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, et possederis eam, habitaverisque in urbibus ejus et in ædibus: — 2. tres civitates separabis tibi in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem, — 5. sternens diligenter viam: et in tres æqualiter partes totam terræ tuæ provinciam divides, ut habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quò possit evadere. — 4. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cujus vita servanda est: qui per-

cusserit proximum suum nesciens, et qui heri et nudisterius nullum contra eum odium habuisse comprobatus: — 5. sed abisse cum eo simpliciter in sylvam ad ligna cædenda, et in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus percusserit et occiderit: hic ad unam supradictarum urbium confugiet, et vivet: — 6. ne forsitan proximus ejus, cujus effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, et apprehendat eum si longior via fuerit, et percuciat animam ejus, qui non est reus mortis: quia nullum contra eum, qui occisus est, odium prius habuisse monstratur. — 7. Ideòd præcipio tibi, ut tres civitates æqualis inter se spatii divides. — 8. Cùm autem dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut jura vit patribus tuis, et dederit tibi civitatem terram quam eis pollicitus est — 9. (si tamen custodieris mandata ejus, et feceris quæ hodie præcipio tibi, ut diligas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus omni tempore), addes tibi tres alias civitates, et supradictarum trium urbium numerum duplicabis; — 10. ut non effundatur sanguis innoxius in medio terræ quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem, ne sis sanguinis reus. — 11. Si quis autem odio habens proximum suum, insidulatus fuerit vitæ ejus, surgensque percusserit illum, et mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supradictis urbibus, — 12. mittent seniores civitatis illius, et arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi, cujus sanguis effusus est, et morietur. — 13. Non misereberis ejus, et auferes innoxium sanguinem de Israel, ut benè sit tibi. — 14. Non assumes, et transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tuâ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terrâ quam acceperis possidendam. — 15. Non stabit testis unus contra alium, quidquid illud peccati et facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. — 16. Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum prævaricationis, — 17. stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum et judicum qui fuerint in diebus illis. — 18. Cùmque diligentissimè perscrutantes, invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, — 19. reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit, et auferens malum de medio tui: — 20. ut audientes cæteri timorem habeant, et nequaquam talia audeant facere. — 21. Non misereberis ejus, sed animam pro animâ, occu-